

Alexandri P. Fr. S. R. E. Card. subseriptiones.

EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episc. Ego Bernardus Portuensis & S. Rufinae Episc. S. Ego Chonradus Moguntinensis Sedis Archiepiscopus, & Sabinenis Cardinalis S. Ego Otto Tusculanus Episc. S. Ego Jacintus Diaconus Cardinalis sanctae Mariae subsc. Ego Cintius Diaconus Cardinalis sancti Adriani subsc. Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum S. Ego Ugo Diac. Card. tit. S. Eustachii juxta Templum Agrippae S. Ego Jo. Presb. Cardinalis Sanctorum Joannis & Pauli tit. Pammachii S. Ego Hildebrandus Basilicae duodecim Apostolorum Presb. Card. S. Ego Albertus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina S. Ego Guillelmus Presb. Card. S. Petri ad Vincula S. Ego Boso Presbyter Cardinalis sanctae Pudentianae tit. Pastoris S. Ego Petrus Presb. Cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso S.

Dat. die 10. Februar. anno Domini 1170. Pont. ann. XI.

Datum Tusculani per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae Subdiaconi & Notarii, IV. Idus Februarii Indictione IV. Incarnationis Domini anno MCLXX. Pontificatus vero Domini Alexandri Papae III. anno XI.

X L.

Privilegium Confirmationis Bonorum omnium, ad Canonicos Tarvisinae Ecclesiae pertinentium.

Simile Privilegium, ab Eugenio III. PP. huic concessum Ecclesiae, posuimus suo loco.

Ex Authentico in Archiv. Episc. edito Nicolau. Coletus in veter. edit. Ital. Sac. Ughell. ubi de hac Ecclesia col. 325.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Drudo Praeposito Ecclesiae S. Petri Tarvisii, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonicis substituendis.

Exordium.

Effectum justa postulantis indulgere, & vigor aequitatis, & ordo exigit rationis; praesertim quando poscentium voluntatem & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuentes, ad exemplar Papae ac praedecessoris nostri sa. recordationis Eugenii PP. praefatam Ecclesiam S. Petri, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus. Communem vero vitam, quam in eadem Ecclesia observare promissis, Sedis Apostolicae auctoritate confirmamus; & ne cuiquam vestrum post factam promissionem, nisi obtentu Religionis, retro abire liceat, prohibemus; & si quis hoc attentare praesumpserit, is Ecclesiae beneficio privetur: nec aliquis, nisi qui hanc communem vitam se observaturum promiserit, in eadem Ecclesia de cetero Canonicus instituat. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste ac canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Re-

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apost. recipimus. In qua instituta a Canonicis communem vitam servari mandatur.

Bona omnia ad eos pertinentia confirmat.

gum vel Principum, oblatione fidelium, vel aliis iustis modis, praesente Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Decimas, oblationes, primitias, sepulturas, subjectiones Cappellano-rum & Clericorum in eadem civitate commorantium, sicut eos quietè ac canonicè haecenus possedistis: Ecclesiam S. Nicolai, quae est sita in claustrum vestro, cum pertinentiis suis; Eccl. S. Jo. Baptista; Eccl. S. Joann. de Ripa cum pertinentiis suis, Eccl. S. Andreae cum pertinentiis suis, Eccl. S. Bartholomaei cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Sophiae, quae est extra civitatem, cum pertinentiis suis: terras, quas habetis in civitate Tarvisii edificatas & inaedificatas: clausuram, quam habetis juxta foveas ejusdem civitatis, terras quas habetis in Sillano, in Brentina, mansos ac terras quas habetis Sporifiano, Molmio, Viscario, Bambo-ra, mansos quos habetis in Castaniola, mansos quos habetis in Postumia in Ecclesiam Sanctae Bonae cum pertinentiis suis, terram quam habetis juxta S. Pelagium de Spine-ta, mansos quos habetis in Lonzano, Braida, Maserada, Luvadina: Ecclesiam S. Pelagii de Au-rinis cum pertinentiis suis, mansos quos habetis in eodem loco, & terras vicinas quas habetis in S. Zenon, mansos quos habetis in Paderno, & villa Orba, & ad pedem Montelli, mansos quos habetis, in Storga, & in villa Pendula, in Salin-berri, & locum ad molendinum faciendum, mansos quos habetis in Carbonaria, villam Mel-mae cum Ecclesia S. Michaelis ejusdem villeg, & tredecim rotas molendini cum pertinentiis suis, ibidem mansos quos habetis in Campostorto, in Lanzago, Gunfo, Nerbono, mansos quos habe-tis, in Luvignano, in Ripa-rupta, in Severa, & terras quas habetis in Fuligno, mansos quos habetis in Mulsone, villam prati Golzoli, Ec-clesiam S. Mariae ejusdem villae cum decimis & ceteris pertinentiis suis, mansum unum in Car-tenatica, terras quas habetis in Mestre edificatas & inaedificatas mansos, quos habetis in Zello & nemus ibidem terram cum vinea quam habetis in Zollari-no, mansum unum in Brendis, unum in Camellatis, mansos quos habetis in Burbiliaco, & terras quas habetis in Pedenzago, mansos quos habetis in Scaltenico, & terras quas habetis in Carpeno, Ecclesiam S. Angeli cum pertinentiis suis, seu mansum unum in Medolatis: Ecclesiam S. Ger-vassii cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Vitalis cum pertinentiis suis, & mansos quos habetis ibidem, mansos quos habetis in Zero, mansos quos habetis in Canizano & in Reveno, mansos quos habetis in Quinto & in Cemosa, Eccle-siam S. Christinae cum pertinentiis suis, & mansos quos habetis ibidem & in Diveron, Eccle-siam S. Andreae de Cavafagra cum pertinentiis suis, mansum unum in Puteo bono, mansos quos habetis in Silvatronda, mansos Silve rose, Ec-clesiam S. Andreae, quae in eadem villa sita est, cum pertinentiis suis, & mansos quos habetis in Lobiola, mansos quos habetis in Bassano, in Ma-riano Romuno, & in Burfo, & in Cornille, & in S. Maria, & in Leudolis, & in Fonte, & in S. Ze-noue: mansos quos habetis in Asylo, in Braeda, & in Malragello, & in Nogaredo: mansos quos habetis in monte Belluna & finibus ejus, terras quas habetis in Trivignano, in Casellis, & in

Po-

XLI.

Litterae ad Episcopos Angliae, ne Henrici filius Rex coronetur absque praestito juramento de conservandis juribus ecclesiasticis.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus Fratribus, Thomae Archiepiscopo Cantuariensi, & universis Episcopis per Angliam constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

Ex VII. Concil. Britannie & Hiberniae Vol. pag. 453.

Praefatio.

EX commissi vobis officii debito sollicitudini vestrae incumbit, Ecclesiae Dei libertates & jura sua servare, & ne ab aliquibus opprimi valeat aut deleri, studium tenemus & diligentiam adhibere. Hac siquidem ratione ducti, & Ecclesiae Cantuariensis suam volentes dignitatem & justitiam conservare, fraternitati vestrae per Apostolica scripta praecipiendo mandamus, necnon & in virtute obedientiae injungimus, quatenus, si Henricus illustris Anglorum Rex filium suum coronari voluerit, & in Regem inungi, tu Frater Cantuariensis, ad cujus officium de antiqua Ecclesiae suae consuetudine & dignitate spectare audivimus, ei manum nequam imponas, nec ab alio quolibet imponi permittas, nisi prius illud juramentum exhibeat, quod alii Reges ejus praedecessores Ecclesiae Dei, & specialiter Cantuariensis, impendere consueverunt; & nisi universos ab observatione consuetudinum suarum, & sacramentis illis, quae ultimo ab hominibus Angliae extorta fuerunt, prorsus absolvat. Vobis autem, Fratres Episcopi, auctoritate apostolica districtius inhihemus, ne illius coronationi, nisi juramentum praestiterit, praesumatis aliquatenus interesse; sed vos potius abfretis, & inde, nullius contradictione vel prohibitione obstante, celerius recedatis. Datum Beneventi VI. Kal. Martii.

Regis Anglia filius coronari & in Regem inungi vult, nisi prius juramentum solitum praestet.

Dat. die 14. Februar. anno Domini 1170. Pont. ann. XI.

XLII.

Ad Episcopos Angliae, ne quis Henrici filium coronet, cum hoc de jure pertineat Archiepiscopo Cantuariensi.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus Fratribus, Eboracensi Archiepiscopo Apostolicae Sedis Legato, & universis Episcopis per Angliam constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

Bid. pag. 459.

Quoniam ad audientiam nostram multorum jam pridem relatione pervenit, quod coronatio Regis Angliae & inunctio ad Cantuariensem Archiepiscopum de antiqua Ecclesiae suae consuetudine & dignitate pertineat; Fraternitati vestrae praesentibus litteris auctoritate apostolica districtius inhihemus, ut si illustris Anglorum Rex filium suum, dum venerabilis Frater noster Thomas Cantuariensis, Archiepiscopus in exilio fuerit, coronari voluerit & in Regem inungi, nullus vestrum ei manum imponere praesumat, aut se exinde aliquatenus intrudere audeat; quod si quis vestrum attemptare praesumpserit,

Regem Angliae inunctio, & coronatio ad Cantuariensem Archiepiscopum pertinent.

Ab aliis inunctionem, & coronationem fieri vult.

Solita conscriptiones.

Alexandri PP. & S. R. E. Card. subseriptiones.

Dat. die 11. Februar. anno Domini 1170. Pontif. an. XI.

Postumia, mansos quos habetis in Dubladino & in Segulino, & mansum unum in Vichipano. mansos quos habetis in Petrarubea, in Fenario, & in Lovo, mansos quos habetis in Anno, & in aliis locis per Episcopatum Feltrinum, & terras quas habetis in Episcopatu Bellunen. ex dono bonem. Gregorii Tarvisini Episcopi, omnem decimam totius terrae de Sillano, in quocumque tempore fuerit laborata; praeterea omnes decimas, quae in territorio urbis Tarvisii ejusdem Ecclesiae dicatae esse noscuntur, quemadmodum prelibatus Episcopus jam dictae Ecclesiae vestrae concessit, & scripto authentico roboravit, nos eas vobis, & per vos eidem Ecclesiae auctoritate apostolica nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum Sedis Apostolicae auctoritate, & Episcopi vestri canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commo-nita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtius ultioni subiacet; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum benedictionis percipiant, & apud districtum Judicem, praemia aeternae pacis inveniant.

EGO ALEXANDER Catholicae Sedis Episcopus. Ego Bernardus Portuensis & sanctae Rufinae Episcopus subsc. Ego Conradus Sabin: Eccl. S. Ego Otto Episc. Tusculanus S. Ego Jo. Presb. Card. SS. Jo. & Pauli S. Ego Hildebrandus Basilicae duodecim Apostolorum Presb. Card. S. Ego Alexander Presb. Cardinalis sancti Laurentii in Lucina S. Ego D. Presb. Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula S. Ego Boso Presb. Cardinalis sanctae Pudent. tit. Pastoris S. Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. sancti Laur. in Damaso S. Ego Jacintus Diac. Card. sanctae Mariae in Cosmedin S. Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum S. Ego Hugo Diac. Card. S. Eustachii juxta templum Agrippae S. Datum Tusculani per manum Gratiani sanctae R. E. Subdiac. Card. & Notarii. III. Idus Febr. Incarnationis Dominicae anno MCLXX. Pontificatus vero Domini Alexandri PP. III. anno XI.

pferit, id in periculum officii & ordinis sui noverit proculdubio graviter redundare. In his vero appellacionis remedium quibuslibet volumus denegari, & omnem malignandi occasionem excludi. Datum apud Cerumar IV. Kalendas Martii Pontif. anno XI.

Dat. die 16. Februar. ann. Dom. 1170. Pont. ann. XI.

XLIII.

De Instituentis quadraginta Canonicis in Tornacensi Ecclesia ex triginta Præbendis opulentioribus.

Ex Gall. Christ. nova edit. Tom. III. inter Infrum. bajas Eccl.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Tornacensi Episcopo S. & A. B.

Significatum est nobis, & ex parte tua monstrarum, quod cummissa tibi Ecclesia paucos Clericos ejus obsequio habeat deputatos, cum tamen magna possessionum copia gaudere dicatur. Quoniam igitur indignum est, tam celebrem Ecclesiam copiam Clericorum sibi deservientium non habere, fraternitati tue significatione presentium auctoritate apostolica indulgemus, ut cum consilio discretorum & religiosorum virorum Diocesibus vestra de xxx. Præbendis quadraginta institueris possis, dummodo Ecclesie præscriptæ possessiones ad hoc ita sufficientes existant, quod Ecclesie tue Canonici alias Præbendas querere non cogantur, sed de ipsius Ecclesie beneficio honestam possint sustentationem habere.

Data Verulis II. Idus Martii.

Dat. die 14. Martii anno Dom. 1170. Pont. an. XI.

XLIV.

Confirmatio Bonorum omnium Lingonensis Ecclesie, ac consuetudinum Capituli ejusdem Ecclesie, cujus Canonici nonnulla conceduntur Privilegia.

Ex Gallia Christ. nova edit. Tom. IV. inter Infr. ad hanc Ecclesiam pertinentia.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Manasse Decano, & universo Capitulo sancti Mammetis Lingonensi, tam presentibus quam futuris Canonici instituentis, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos admonet & invitat auctoritas pro Ecclesiarum statu fatagere, & earum quieti ac tranquillitati salubriter auxiliante Domino providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus; Statuentes, ut quascunque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum justè & canonicè possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permanent; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Altare magnum in eadem Ecclesia, necnon & omnia al-

Ecclesiam Lingonensem sub S. Petri protectione suscipiens.

Bona omnia ad eam pertinentia eidem confirmat.

taria infra eandem Ecclesiam, libera cum beneficiis, quæ ibidem collata fuerint, & collationibus: cappellam similiter beate Mariæ inter duas turres, Parochiam quoque sanctæ Crucis cum appenditiis suis, scilicet cappellam de Bourona, & cappellam sanctæ Trinitatis in porticu Lingonensis Ecclesie, cum electione & ordinatione Presbyterorum in Ecclesiis præfatis, ab omni exactione liberis & absolutis: Ecclesiam de Barium cum appenditiis suis, Ecclesiam de Percejo cum appenditiis suis, Ecclesiam de Curto-campo cum decimis & appenditiis suis, Ecclesiam de Moferiolo cum decimis & appenditiis suis, in Ecclesia sancti Martini super Viennam fluvium duos bifantios, in Ecclesia de villa in Divionensi pago duos bifantios, in Ecclesia de Bure duos bifantios, in Ecclesia de Villania duos bifantios, Ecclesiam de Dampetra super Savum fluvium, Ecclesiam de Polofot cum decimis & apendiciis suis, Ecclesiam de Laniaco cum decimis & apendiciis suis, Ecclesiam de Vivaco cum decimis & apendiciis suis, Ecclesiam de Ancejo franco, Ecclesiam de Talicejo & de Blacejo, Ecclesiam de Merone cum paratis. Ecclesiam de Naivile in pago Divionensi, Ecclesiam de Agejo, & de Gypsejo, Ecclesiam de Barbire & de Cojon, quiquid habetis in Ecclesia de Rumille, Ecclesiam sancti Hilarii cum append. Ecclesiam de Buxeria, Ecclesiam de Provencheris, Ecclesiam sancti Calixti, elemosinam Alberici Canonici Ligonensis apud villam Calinas, & Ecclesiam ejusdem villæ cum decimis & apendiciis suis, Ecclesiam de Andeliaco cum apendiciis suis, Ecclesiam de Marcelliaco, & de Planiaco, Ecclesiam de monte Landotusi cum apendiciis suis, Ecclesiam de Chalandre, Ecclesiam de Annulle, & omnes alias Ecclesias, quas legitime possidetis. Reversiones quoque, quas Episcopus Capitulo Ligonensi annuatim præstare debet, scilicet in Natale Domini, in Coena Domini, in Pascha, in die Consecrationis sue annuatim, in festo sancti Mammetis, & unam aliam ab Ecclesia sancti Martini Lingonensis in ipso die festi. Electionem omnium Ecclesiarum & Presbyterorum vestrorum, sicut hætenus habuistis, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Antiquas præterea & rationabiles consuetudines de justitiis & observantionibus tenendis & faciendis in Ecclesia vestra, & in aliis Ecclesiis Civitatis Lingonensis, vobis nihilominus confirmamus; consuetudines seu redditus, quas Cruces appellant, de Toto Episcopatu Lingonensi, exceptis illis, qui ab Episcopis Lingonensibus concessi sunt Ecclesiis aut Monasteriis ejusdem Episcopatus, & scripto eorum corroborati noscuntur, vobis duximus confirmandas. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia ac integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & Lingonensis Episcopi canonicâ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, secundò tert ève commonita, nisi præsumptionem suam digna correxit satisfatione, potestatis honorif-

Qua vero Capitulo ab Episcopo tribui solent, ea hæc est

Electiones quoque Ecclesiarum & Presbyterorum; Antiquas consuetudines; Et redditus Canonici confirmat.

Decretum pro Ecclesia hujus, ac bonorum hujusmodi integritate;

Saturæque contra Privilegi hujus temerarios po-

que sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiacet; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Dat. die 30. Martii anno Dom. 1170. Pontif. anno XI.

Datum Verulis per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii, III. Kal. Aprilis Indict. III. Incarnationis Dominicæ anno MCLXX. Pontificatus vero Domini Alexandri PP. III. anno XI.

Ego Jacintus Diac. Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin. Ego Manfredus Diac. Card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ. Ego Vitellius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi. Datum Verulis per manum Gratiani S. R. E. Subdiac. & Notarii, IV. Nonas Aprilis Ind. III. Incarn. Dom. an. MCLXX. Pontif. vero Alexandri Papæ III. anno XI.

Dat. die 24. Aprilis anno Dom. 1170. Pont. an. XI.

XLVI.

Brivilegium confirmationis bonorum Monasterii Casæ Mariæ Verulanæ Diocesis Ordinis Cisterciensium, cui multa conceduntur privilegia, & immunitates.

X L V.

Monasterium S. Geruntii Callien. Diocesis ab Ordinarîi jurisdictione exemptum, solique Apostolicæ Sedis subiectum declaratur.

Edicti Ughelli. Ital. Sac. Tom. II. ubi de Episcopis alien.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Alodero Abbati Monasterii S. Geruntii in Comitatu Callii inter duo flumina Boatium & Boraxum, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Iustis Religiosorum desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, ut fidelis devotio celebrem fortiatu exeat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Monasterium, quod specialiter ad jus & proprietatem beati Petri spectare dignoscitur, ad exemplar prædecessorum nostrorum felices memorie, Nicolai, & Alexandri, Romanorum Pontificum, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascunque possessiones, quæcumque bona, idem Monasterium impresentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent. Ad hæc adjectives statuimus, & auctoritate apostolica prohibemus, ut non liceat Calliensi Episcopo, Monasterium vestrum gravaminibus, vel aliquibus molestiis fatigare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Monasterium temerè perturbare, & c. salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur, & c. Cunctis autem, & c. Amen. EGO ALEXANDER Catholicæ Eccl. Episc.

Alexandri PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Ego Bernardus Portuensis & sanctæ Rufinæ Episcopus. Ego Ubaldu Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hier. Ego Albertus Presb. Cardinalis tit. S. Laur. in Lucina. Ego Robertus Presb. Card. tit. S. Pudenciana tit. Pastoris. Ego Petrus Presb. Cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso. Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Marci. Ego Theoditus Presb. Card. tit. S. Vitalis tit. Vesting.

Bull. Rom. Tom. II.

PIÆ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar fel. memorie prædecessorum nostrorum, Callixti, Anastasii, & Hadriani, Romanorum Pontificum, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuimus, ut Ordo monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti regulam, & Cisterciensium fratrum institutionem in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium impresentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam videlicet S. Archangeli, Ecclesiam S. Hipoliti, & quiquid habetis in Ecclesia S. Viti, quæ sunt in territorio Verulanæ civitatis, Ecclesiam S. Angeli in monte de Corneto, Ecclesiam S. Salvatoris, & Ecclesiam sanctæ Mariæ de Regimio in territorio Montis S. Joannis, Ecclesiam S. Nicolai in castro Babuci, Ecclesiam S. Joannis, & Ecclesiam S. Silvestri cum amphiteatro, quod vulgo Apperitium dicitur, in territorio Frusinonensi Ecclesiam S. Crucis, in territorio Anagnino Ecclesiam S. Vincentii juxta castrum Morrei in valle Orbetana, & Ecclesiam S. Manni juxta castrum Castuli in territorio Maricano, cum omnibus supradictarum Ecclesiarum permanentis, molendina ad Arinulam, & illa, quæ habetis in territorio Castrensi; rusticos etiam, & hereditates, quas in civitate Verulana, & castro Babuci

Ex Originali editi Ughelli Ital. Sac. Tom. I. ubi de Verulanis Episcopis.

Exordium.

Monasterium hoc sub protectione Sedis Apostolicæ recipiens.

In eoque Monasterio servari ordines mandans.

Bona omnia possessiones & ac donationes ei confirmat.